




1780, 17

QVADRIGA
OBSERVATIONVM FORENSIVM.



QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E.

D. AVGVSTO FRIDERICO SCHOTT,

SVPREMAE CVRIAE PROVINC. NEC NON ORDINIS ICTORVM

ASSESSORE, IVRIS SAXONICI PROF. PVBL. ORDIN.

ET COLLEGII MINOR. PRINCIP. SODALI,

DIE XXI. MARTII A. O. R. CIOICCLXXX.

H. L. Q. C.

AD DISCEPTANDVM PROPONIT

ANTONIVS DIETERICVS MEYSEL

LIPSIENSIS.

L I P S I A E

EX OFFICINA HAERED. LANGENHEM. ET KLAYBERTHI.

QVADRIGA

OBSEKVATIONVM FORENSIVM.

—————

QVADRI

IN VESTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

F R A E S I D E

D. AVGVSTO FRIDERICO SCHOTT.

AVTORITATE CAROLAE PROVIC. NEC NON ORDINIS ICTORVM

ASSESSOR. IVRIS SACROSANCTI PRO. PVBL. ORDIN.

ET COLLEGII MENS. TRIN. SODALIS.

DIE XVI MARTII A. O. M. C. D. C. C. C. L. X. X.

H. L. G. C.

AD DISCEPTANDAM PROPOZIT.

ANTONIVS DIETERICVS MEYERL.

LEIPZIG.

—————

L I P S I A E

IN OFFICINA HAERED. LANGSCHEM. ET STAMMERT.






OBSERVATIO I.

Paradoxon iuris Saxonici circa luctum viduarum.

Haud raro euenit, vt, quae inter leges esse videtur pugna, mente ac vi earum paullo accuratius inspecta ac ponderata, euanescat. Inter innumera, quae huc pertinent, exempla referri oportet leges Saxonicae electorales, quae de luctu viduarum scriptae sunt. Has enim si inter se comparaueris, miraberis forsitan, alia viduas ad integrum luctus annum obseruandum adeo sub poenae metu adstringi, in alia viduabus luctum maritorum vltra semestre spatium prorogantibus poenas proponi, neque ita quidem, vt vna alteram vel ob aetatis rationem, vel ob specierum diuersitatem tollat, sed vt vtraque adhuc valeat et simul in vna eademque vidua obtineat. Scilicet o r -



DINATIO MATRIMONIALIS *Art. V.* maritos mortuos a viduabus per integrum annum lugeri iubet, sed editum nouissimum de restringenda nimia pompa lugubri (*Mandat wegen Abstellung und Einschränkung der übermäßigen Trauer*) a. CIOIOCCCL. propositum non nisi sex mensium luctum viduabus permittit: ac vtraque lex poenas arbitrarias minatur foeminis eam haud seruantibus. Quid igitur? Anne iniustitiam sapit, viduas, siue mortuos defunctos ante integri anni lapsum lugere definant, siue vltra sex menses memoriam eorum lugendo colere pergant, vtroque casu poenis subiicere? Aenigma, quale primo intuitu subesse videtur, ita solue. Luctum viduarum duplici in re cerni constat, partim in externo habitu lugubri, partim in abstinentia a nouis nuptiis. Harum duarum luctus specierum non tam arcta est coniunctio, vt, vtramque per idem temporis spatium durare, necesse sit. Hinc leges, quae diuersas has species ad diuersos plane terminos adstringunt, optime inter se conspirant. Nempe annus viduarum luctui in ORDINAT. MATRIMON. *Art. V.* praefinitus ad secundas tantum earum nuptias, non aequae ad externum habitum lugubrem spectat, ita, vt haec lex partim ob sanguinis turbandi metum, partim ob reuerentiam defuncti coniugis memoriae exhibendam ante integri anni lapsum viduabus noua vora haud permittat, sed quae MANDATO d. a. CIOIOCCCL. de luctu compescendo circa tempus luctus a viduabus obseruandum cauta sunt, ad solum vestitum lugubrem pertinent, quem, sicut in aliis personis, nimii luctus et sumtus tollendi gratia certo spatio inclusit legislator, neque abstinentiam a secundis nuptiis, quippe secundum pristinam illam legem matrimonialem adhuc iudicandam, tangunt. Ergo etiam viduae vltra

tra

tra sex menses lugubri vestitu incedere amplius non licet, nihilo secius tamen pristina illa viduarum obligatio, per integrum plane annum abstinentia a nouis nuptiis maritum lugendi, adhuc perdurat, non nisi principis dispensatione, quam supremus Senatus Ecclesiasticus ex mente RESCRIPTI d. a. CIOIOCCXXIII. (in *Cod. Aug. T. I. p. 1015.*) petentibus pro re nata tribuit, in singulis speciebus obuientibus tollenda. Sic omnia cohaerent.

OBSERVATIO II.

Sub priuilegio, quo sumtus in vltimum defuncti debitoris morbum facti in concursu creditorum gaudent, an etiam impensae in curam animae eiusdem durante vltimo morbo factae comprehendantur?

Actionem funerariam, immo omnem omnino actionem, qua ad repetendos sumtus funeris, quos sine obligatione eas ferendi erogauimus, experimur, singulari priuilegio ita munitam esse, vt in defuncti hominis, cuius sumtus curauimus, bonis orto post eius mortem concursu creditorum prae aliis creditoribus, etiam iis, qui priuilegiata hypotheca gaudent, hos sumtus recipiamus, et Romanis^{a)} placuit, et fori hodierni vsus maxime comprobauit. Quod priuilegium etsi secundum iuris ciuilis mentem ad sumtus in vltimum debitoris obaerati morbum factos recte

A 3 trahi

a) L. 45. D. de religiof. et sumt. funer. L. 17. D. de reb. aucto. ind. possid.

trahi nequit, (nam loca iuris Romani, quae impensas in funus et morbum vel infirmitatem defuncti erogatas coniungunt^{b)}), et a nonnullis interpretibus forensibus^{c)} in hanc sententiam explicata fuere, de repetitione eiusmodi summarum ex patrimonio defuncti sufficiente, vbi nulla de praelatione quaestio mouetur, non autem ex obaerato, quale in concursu creditorum existit, aperte agunt) aequitatis tamen ratio accedente tritura forensi effecit, vt hodie, vniuersali fere Germaniae consuetudine, etiam vltimi morbi impensae in collocandis creditis vel ipsis funeris sumptibus aequiparentur, vel saltem post hos ponantur^{d)}. Quod multis in prouinciis expressa adeo lege constitutumprehenditur: quemadmodum legibus Saxonis electoralibus factum constat, quae eiusmodi sumtus in primam creditorum classem generalem statim post funeris impensas referri disertis verbis iubent. Scilicet hoc priuilegium, quod antea in CONST. ELECT. SAX. XXVIII. P. I. solis medicamentis concessum, et in *veteri ORDINAT. PROC. SAX. Tit. XLII. §. 6.* confirmatum erat, paullo post non solum fori vsu, teste CARPZOVIO^{e)}, sed etiam hoc seculo

b) L. 4. C. de petit. heredit. et L. 3. C. de religios. et sumt. funer.

c) In quorum numero sunt BRVNNEMANNVS in *Comment. ad Cod. L. 3. de religios. et sumt. fun.* nec non in *Praelect. de processu concurs. credit.* Cap. V. §. 15. MARTINVS in *Comment. ad Ordin. Proc. Sax. Tit. XLII. §. 6. n. 24.* atque CARPZOVIVS in *Definit. forens. P. I. Conft. XXVIII. Def. 43. n. 2.*

d) Conf. RICHTERVS de iur. et priuileg. credit. Cap. V. n. 28. STRYCKIVS in *Nor. ad BRVNNEMANNI Proc. Conc. Credit.* Cap. V. §. 15. LVDVICI *Einleit. zum Concurs-Process.* Cap. X. §. 13. GMELIN *Ordnung der Gläubiger* Cap. II. §. 4. pag. 93. edit. a. 1776.

e) CARPZOVIVS l. c. Def. 43. n. 5. 6.

culo expressa ORDINAT. PROC. SAX. RECOGN. ad Tit. XLII. §. 4. dispositione, verbis: *Was wegen des Schuldners letzter Krankheit, der Medicus, Chirurgus, Apotheker, wie auch die Waerterin, und wer dem Schuldner die Alimenta gereicht, zu forderh haben,* ad alias vltimi morbi curandi causa factas impensas extensum fuit: loco quidem medio inter funeris sumtus et residuam famulorum mercedem iisdem assignato. Haec, quia expressis legibus patriis nituntur, dubio carent. Quid vero, si, vt aliquoties fieri meminimus, post obitum obaerati debitoris praeter medicum, chirurgum, pharmacopolam, foemellas aegroti curam gerentes, eosque, qui defuncto durante morbo alimenta praebuerunt, parochus quoque, qui sacram eorum administrando crebrisque sermonibus piis et ad vitam aeternam spectantibus cum eo institutis, eiusdem animam curauit et ad mortem beate subeundam parauit, laboris praemium aliquod ex concursu petat, aut is, qui quasi negotiorum gestor parochi eo nomine quid praestitit, restitutione soluti honorari ex bonis defuncti debitoris inter alios creditores sibi satisfieri cupiat? An eiusmodi honorarium inter sumtus vltimi morbi collocandum? Ita quidem, cum primum talis species mihi se offerret, aequissimum videbatur. Nam nihil cum vera priuilegi impensis vltimi morbi tribui ratione magis conuenire putabam, quam vt animae, corpore longe pretiosioris et post mortem hominis ad futuram vitam superstitis, medicus saltem non deterioris conditionis esset, ac ii, qui aegrotantis corporis eorum habuerant: inprimis cum parochi, viam pie obeundi moribundo assidue et pro officii grauitate monfrantis, opera ipsos medici et chirurgi in huius valetudine curanda labores haud raro difficultate adhuc superet. Hinc parum

parum aberat, quin caussarum patroni his argumentis vfi eloquentia in hanc opinionem me raperet. Sed rem paullo accuratius perpendens et secundum stricti iuris normam ponderans, aduersam sententiam, quam praeterea rerum iudicatarum auctoritate confirmatam animaduerti, fequi non dubito. Scilicet in ORDINAT. PROC. SAX. RECOGN. ad Tit. XLII. §. 6. index sumtuum ad vltimum defuncti debitoris obaerati morbum referendorum et ideo in prima classe creditorum generali priuilegii iure collocandorum obuenit, in quo nulla plane eorum, quae ad animae curam pertinent, mentio reperitur. Interpretis autem ac iudicis officium non tam late patere, vt leges, et, quae tantum strictissimam interpretationem patiuntur, priuilegia ad species iis non comprehensas transferre valeat, quis est, qui nescit? Deinde fostri, quod medicus et chirurgus, pretii, quod pro medicamentis venditis pharmacopola possit, mercedis pro cura et ministerio aegroti, aestimationis denique alimentorum moribundo debitori praestitorum, longe alia ratio est, ac honorarii, quod parochus animae eiusdem cura meruit, cum illa omnia perfecto iure absque dubio exigantur, hoc vero secundum iuris patrii mentem in numero iurium stolae, quae pro sacris parochialibus perfecte debentur et actione peri possunt, ne locum quidem inueniat. Nam in ORDINAT. ECCLES. SAX. Art. Gen. XXVI. parochianis quidem obligatione proclamationis et sacrorum nuptialium gratia, nec non pro funere curando ac concione funebri habenda honoraria parcho soluendi iniuncta est, vt autem etiam pro cura animae moribundi aliquid praestetur, nullibi praeceptum, sed videtur potius id pudori et liberalitati parochianorum non minus relictum esse, ac honorarium pro sacramentorum

rum administratione vltro offerendum, non exigendum, de quo commemorato loco disertis verbis ita cautum: *Es soll niemand vor Reichung des Hochwürdigen Sacraments der Tauffe und des Nachtmahls des Herrn, denen Kirchen-Dienern etwas zu geben pflichtig seyn; da aber ihnen jemandes etwas freywillig und ungefordert zu geben geneigt, das soll ihnen zu nehmen unverbotten seyn* f). Vnde intelligitur, tantum abesse, vt clericus, laboris pro cura animae defuncti debitoris obaerati in vltimo morbo, quo hic occubuit, habita, praemium ex concursu petens aequali iure cum iis, qui moribundi corpus curarunt, vtatur, vt potius, si strictum ius sequi velimus, ne inter chirographarios quidem creditores locum sperare possit. Ita saepe fit, vt, quod nobis primo intuitu aequissimum esse videretur, iuris tamen rigore impediatur. Aliud dicendum de honorario pro concione funebri, parentatione, ceterisque sacris sepulchralibus praestando, quippe quod, sicut ex mente ORDINATIONIS ECCLESIASTICAE supra allatae iure perfecto debetur, ita vel ex ipso concursu post debitoris obaerati mortem demum orto (nam post concursus initium defunctum creditores suis sumtibus sepelire haud tenentur) et ab ipso parocho, qui meruit, et ab eo, qui defuncti causa iam soluit, recte petitur, ac inter reliquos funeris sumtus praelationis iure, cum ex Romanarum, tum ex nostrarum legum auctoritate munitos, omnino collocatur.

OBSER-


f) Conf. CARPZOVIVS in *Iurisprud. Eccles.* lib. I. Def. CXIX.

OBSERVATIO III.

De termino, a quo pecunia ex beneficio competentiae debita in concursu praestanda.

Viduae, in cuius bonis concursus creditorum ortus, beneficium competentiae ad quantitatem duorum imperialium per singulas hebdomades in locationis sententia tributum fuerat. Appellatione contra eam inter alias causas etiam ob nimiam, quae curatori litis videbatur, competentiae summam interposita factum est, ut in prouocationis sententia biennium post priorem lata ista quantitas ad vnum per septimanam imperialem reduceretur. Haec vero etsi vires rei iudicatae mox nata, nouae liti inter debitricem et curatorem litis occasionem dabat. Nam, quamquam nunc satis certum esset, quantum competentiae nomine debitrici praestandum, tamen de die, a quo initium solutionis faciendae duci oportebat, valde dubitabatur. Scilicet debitrix aut ab eo tempore, quo, sequestratione decreta, bonorum administratione ipsa interdicta fuerat, et sic proprie egere coeperat, aut, si hoc concedi noller, saltem a publicata locationis sententia, quippe in qua hoc beneficium digna iudicata, competentiae pecuniam sibi numerandam esse contendebat. At curator litis in alia omnia abiens, ante diem, quo appellationis sententia in rem iudicatam transferat, eam exigi posse prorsus negabat, hoc usus defendendae causae suae argumento, quod per posteriorem demum sententiam, quae priorem, cuius vis per appellationem suspensa, mutauerit, certus modus in competentiae beneficio debitricis seruandus cum effectu definitus

tus fuerit: immo parum aberat, quin serio propugnaret, diem pecuniae competentiae non prius venire, quam sorte, de cuius vsuris illa soluenda, ex postremae sententiae mente in foenus collocata. Neque de lana forte caprina hic certatum. Etenim cum a sequestratione constituta vsque ad tempus, quo sententia in prouocationis iudicio lata vires rei iudicatae consecuta erat, non vnus annus, sed plures anni praeterlapsi essent, summa, quam debitor tamquam residuum ob praeteritos annos a sequestrationis initio computatos sibi statim numerari postulabat, ad aliquot centum imperiales ascendebat. Super hac specie ab Illustri Regimine Cizensi mensē Nouembri superioris anni Ordini ICTorum Lipsiensi oblata, is me interprete ita pronuntiavit: *Die weil die einem Schuldner zukommenden Kompetenzgelder zu dessen Unterhalte dienen sollen, mithin selbige von der Zeit, da er der Verwaltung seines Vermoegens entsetzet und daraus seinen Unterhalt ferner nicht bekommen, ihren Anfang nehmen; solches auch in gegenwaertigen Falle durch die disfalls gesprochenen rechtskraeftigen Urthel, als worinnen blos die Frage: Ob und wie viel die gemeine Schuldnerin erhalten solle? entschieden, hingegen wegen des Termines, von welchen die Zahlung anzurechnen, nichts bestimmet worden, keinesweges abgeändert; so sind die von A . . . C . . . P . . . gesuchten Kompetenzgelder von Zeit der in deren Vermoegen angelegten Sequestration derselben zu reichen, und moegen ihr nunmehr sothane Gelder woechentlich an Einem Rthlr. so weit sie verfallen, alsofort aus der Concursmasse wohl verabfolget werden.*



OBSERVATIO IV.

*De sumtibus inquisitionis inter impensas concursus in §. IV.
Generalis Sax. Elect. d. III. Iulii a. MDCCCLVIII. re-
latis, verus sensus legis declaratus.*

In collocandis creditoribus debitoris obaerati concurrentibus, ut impensae in ipsam concursus et substantiae bonorum, e quibus illis solvendum, vilitatem factae ab eo tempore, quo conturbatio aut sequestratio in debitoris patrimonio coepit, omnibus reliquis creditis praeferrantur, aequitas omnino suadet, cum hi sumtus in ipsum creditorum commodum vergant ^g). Quod sicut communi fere fori usu receptum, ita in nostris quoque terris obtinet. Cum autem non semper satis constet, quid ad huiusmodi impensas referendum, quid non? leges nostrae patriae ^h) rem accuratiùs definiuerunt, et, quae sumtuum species huc pertineant, satis declararunt, adeo, ut qui has leges attento animo, non fugitino oculo perlustraverit, hac in re vix errare possit. At quemadmodum nulla fere sanctio tam clara reperitur, quin peruersis nonnullorum Ictorum,

g) Vid. BRUNNEMANNVS de
proc. concurs. credit. Cap. V. §. IV.
LUDOVICI Einleit. z. Concurs-
Process. Cap. X. §. XI. MEVIUS
in Decisou. P. III. Dec. 353. et P. XI.
Dec. 28.

RECOGN. ad Tit. XLII. §. I. et
GENERALE d. d. 3. Iul. 1748.
Was eigentlich zu dem Concurs- u.
Sequestrations - Kosten zu rechnen
sey? oder nicht, in Consin. Cod. Aug.
T. I. p. 369.

h) ORDINAT. PROC. SAX.

rum, eorum inprimis, qui causas in foro orant, interpretationibus in longe alienum sensum distorqueatur: ita passim fit, ut super expensis ad sumtus concursus referendis vel secus, hodie adhuc interdum in nostris iudiciis disceptetur. Id quod saepe contingere solet circa inquisitionis criminalis sumtus, quos iudex, a quo illa peracta, ex substantia bonorum delinquentis ad concursum pertinente, privilegii iure inter impensas in concursum utilitatem factas impetrare cupit. Scilicet in §. IV. *Generalis* infra laudati d. a. c. i. o. c. c. x. l. v. i. i. i. impensis concursus ex ipsa bonorum substantia soluendis accensentur: *Die onera iurisdictionis und Unkosten, auch baarer Verlag, welche auf Inquisitiones wahren Concurs und Sequestration eines Guthes verwendet, auch ex massa einstweilen vorgeschossen werden müssen, hingegen aus derer Delinquenten Vermögen nicht wieder eingebracht werden können.* Hoc iudices haud raro de inquisitione ob delictum aliquod contra ipsam debitorem obaeratum, durante concursu, instituta aut continuata intelligi volunt, ita, ut, quae in hanc impenderunt, inter sumtus in ipsius concursus utilitatem factos praelationis iure reposcant. Verum enim vero non solum vera huius sanctionis ratio, quae commoda concursus et creditorum respicit, sed etiam ipsa series orationis ostendit, sermonem hic esse de conturbatione in patrimonio domini iurisdictionis facta, qui onera iurisdictionis, in his quoque sumtus inquisitionum ob delicta subditorum coram suo iudicio institutarum, in subsidium, quando ipsorum reorum bona iis restituendis non sufficiunt, ferre debet: ut adeo sensus legis fit, sumtus in inquirenda delicta subditorum, qui iurisdictioni debitoris obaerati haecenus suberant, post ortum concursum



cursum aut coeptam in huius praediis sequestrationem faciendos, si ob inopiam a delinquente refundi nequeant, ex ipsa massa concursus, onerum instar, praestandos esse. Nam aequitas omnino exigit, vt creditores, qui ex fundo debitoris obaerati iurisdictione criminali instructo sibi satisfieri cupiunt, onera tali praedio inhaerentia, quae in sequestrationis et concursus tempus incidunt, quippe quibus demum deductis, quod residuum est, ad eos pertinere potest, sibi detrahi patiantur. Et sic iudicari solet.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



ULB Halle
005 361 435


3





1780, 17

Q V A D R I G A
O B S E R V A T I O N V M F O R E N S I V M .



Q V A M

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S A V C T O R I T A T E
P R A E S I D E .

D. A V G V S T O F R I D E R I C O S C H O T T ,
S V P R E M A E C V R I A E P R O V I N C . N E C N O N O R D I N I S I C T O R V M
A S S E S S O R E , I V R I S S A X O N I C I P R O F . P V B L . O R D I N .
E T C O L L E G I I M I N O R . P R I N C I P . S O D A L I ,

D I E X X I . M A R T I I A . O . R . C I D I D C C L X X X .

H . L . Q . C .

A D D I S C E P T A N D V M P R O P O N I T

A N T O N I V S D I E T E R I C V S M E Y S E L
L I P S I E N S I S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A H A E R E D . L A N G E N H E M . E T K L A V B E R T H I .

